

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

De SS. Timotheo & Apollinare martyribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](#)

SURITIUS

Obit
Johannes
RVIII
5

202 AUGUSTI XXI. XXII. & XXIII.
D E S . P R I V A T O M A R T Y R E E T
CHROCO TYRANNO, EX D. GREGORII TYRO.
nen, libro primo historiarum cap.

21. Aug.

S. Privatus
Episcopus
fusibus in-
terimitur.

Chroci in
teritus.



Rucentibus autem Alemannis in Gallias, sanctus Privatus Gabaritanæ urbis Episcopus, in crypta Memmatensis montis, ubi ieiunijs, orationibusque vacabat, reperitur, populi Cerdonensis castri munitione conclusus. Sed dum oves suas bonus pastor lupis tradere non consentit, dæmonijs immolare compellitur. Quod facinus ille tam execranc quām refutans, tandem fusibus ceduntur, quoadvsque putaret exanimis. Sed ex ipsa quaestione interposita paucis diebus spiritu exhalauit. Chrocus vero apud Arelatensem Galliarum urbem comprehensus, diversis affectus supplicijs, gladio verberatus interierit, non immiterit poenas, quas sanctis Dei intulerat, luens.

D E S . T I M O T H E O E T A P O L L I N A-
RE MARTYRIBVS, PER D. GREGORIVM ARCHIE-

piscopum Turonensem, de gloria martyrum cap. 54.

22. Aug.

Vides quo-
lim in ho-
nore San-
ctorū ecclē-
sie adiūca-
bantur.



TIMOTHEVS & Apollinaris apud Remensem urbem, consummato martyrio cœlestia meruerunt, quorum reliquias quidam ædificata in eorum honore basilica deuotus expetit. Ponit sexvenero qui aderat, cum honore per presbyterum dirigit. Cumque iter ageret, mulier importuna, & credo indigna merito, in via procedens, salutatoque presbytero, deo fulatur linteum quo sacra regebantur fauilla, rogat sibi de his aliquid condonari. Tunc Presbyter diu dubitans, & tribuere differens, vietus tandem ab improbitate eius, dimisit ei particulam, ascendensque sonipedem iter expedire coepit iniunctum, & percutiens vtraque equi latera, nequaquam poterat promoueri. Ipse vero grauatus erat ut vix caput valeret erigere. Intelligens autem martyrum se virtute teneri, pœnitentia motus, vtiliter recepit quod negligentia intercedente largiri præsumpsit, refutatoque in capsula quod abstulerat, abiit permisus est.

M A R T Y R I V M S . V I C T O R I S A V T O-
RE LVCIO MARINEO SICVLO, REGIO HISTORIO.
grapho, de rebus Hispaniae libro quinto.

23. Aug.

S. Victoris
patria.
Vita agit
alperrimā.

Martyrio
coronatur



IVI Victoris martyrio mirum in modum gaudet Hispania. Hic enim in Cereano natus oppido, adolescentiam literis & sacris diuinisque rebus impendit. In antro primo vitam egit aspermis, quod ipse suis manibus effudit. Deinde vero Mauros patriam suam oppugnare Angelo nunciante, & Christianos amouere & abducere ab Christi cultu: protinus occurrit, & Christi annos omnes catholica retinuit in fide, & in hostes vehementer hortatus est. Quod cum Mauri animaduertissent, cum poenis acerbissimis fustularentur, Itaque martyrij corona donatus, a Christo in cœlestium numero aggregatus, sempiterno gaudio perficitur.

D E S A N C T O B I B I A N O V R B I S S A N T O N I C A E
EPISCOPO, EX D. GREGORII TVRONENSIS

De gloria Confessorum Cap. 58.

24. Aug.

Miracula
ad S. Bibia-
ni sepul-
crum.



N suburbano quoque urbis huius Santonicæ Bibianus Antistes quiescit, cuius virtutum præstantia liber, qui iam de eius vita scriptus tenetur, enarrat. Nunc autem exoratus crebro languentibus tribuit hospitatem. Vnde videtur ut de tantis miraculis vel vñafari præsumam. Mulier quadam, cuius manus aruerant, vnguibus que iam fauiciat, contractis neruis, opus operandi perdidrant, ad beati sepulcrum deuota prosternitur, factaq; oratione, manus reintegratas, laxatis digitorum filis, ad agendas Domino gratias meruit eleuare.

VITA